

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Actenstücke zur Kirchengeschichte aus dem Cod. Cap. Novar. 30.

Mitgetheilt von **Th. Mommsen.**

Die Handschrift der Capitularbibliothek von Novara n. 30, aus der der Vicecustos der ambrosianischen Bibliothek in Mailand, Herr Guerrino Amelli die in diesem Archiv (IX, 655. X, 412. 581) abgedruckten und erörterten Actenstücke betreffend das Schisma vom J. 530 entnommen hat, konnte ich in Mailand auf der genannten Bibliothek einsehen und vergleichen. Es scheint angemessen dieselben hier in correcter Form zu wiederholen; wenn auch sachlich Neues sich aus den Berichtigungen nicht ergibt, so enthält der italienische Abdruck doch eine Anzahl von Flüchtighkeitsfehlern und nicht wenige nicht angezeigte Correcturen, so dass denen, die sich mit diesen Texten beschäftigen, durch Richtigstellung der Ueberlieferung ein nicht ganz unerheblicher Dienst geleistet wird. Durch die gütige Unterstützung meines Freundes Prof. Ascoli in Mailand habe ich dies auch erstrecken können auf die beiden dem grossen Eutyches-Process angehörigen ebenfalls aus der Novareser Handschrift von Amelli veröffentlichten Schreiben, welche der Erzbischof von Constantinopel Flavianus und der Bischof von Dorylaeum Eusebius nach ihrer Verurtheilung in Sachen des Eutyches auf dem ephesischen Concil im Jahre 449 an Papst Leo richteten und die dann zu dem Concil von Chalcedon im Jahre 451 führten. Ihre hohe Bedeutung für die Kirchengeschichte, insbesondere für die Primatstellung des römischen Bischofs werden es rechtfertigen, dass sie hier, so wie die Handschrift sie bietet, allgemein zugänglich gemacht werden. Maassen hat in seiner *Bibliotheca iuris canonici* (Wiener Sitzungsberichte J. 1866, Bd. 53 S. 389) einen ausführlichen Bericht über die in dieser Handschrift enthaltenen Actenstücke zur Angelegenheit des Eutyches in Aussicht gestellt, aber bisher ist derselbe nicht erschienen. Den vielfach fehlerhaften Text habe ich, unter Angabe der überlieferten Lesung, wenigstens verständlich zu machen gesucht, ohne gerade für jede einzelne Emendation eintreten zu wollen; Amellis Versehen sind nur in der dritten Nummer angemerkt worden.

I.

Incipit libellus appellationis Flaviani episcopi Constantinopolitani ad papam Leonem.

Religiosissimo et beatissimo patri et archiepiscopo Leoni Flavianus in domino salutem.

Oportuit quidem ad praesens tempus me dignanter referre ⁵ et uti apostolica appellatione ad vestram sanctitatem, ut progrediens ad Orientem auxilium ferret periclitanti piae sanctorum patrum fidei, quam sudore ultionis tradiderunt. ecce enim confusa sunt omnia: solutae sunt ecclesiasticae ordinationes, perierunt ea quae sunt fidei, dissensione retinentur piae ani- ¹⁰ mae. iam non patrum nominatur fides, sed contigit ab Alexandrinae ecclesiae episcopo Dioscoro eorum, qui haec sapiunt una cum ipso, Eutychinam iam praedicari et nominari fidem. hanc enim firmavit sententia propria et eorum qui per violentiam coacti sunt consentire episcoporum. et ea quidem singula nunc ¹⁵ est concessum nobis referre ad vestram beatitudinem: breviter autem quae subsequuta sunt docebimus.

Adprehendissem quidem Ephesiensem civitatem secundum pium imperiale rescriptum, quod ad universos aequaliter emanavit. occurrerunt nihilominus et qui a vestra sanctitate ²⁰ destinati sunt deo amantissimus episcopus Iulius et religiosissimus filius noster Hilarus diaconus et carissimus filius noster Dulcitius notarius. consumpsimus in Ephesorum civitate dies decem. habuimus universos paene qui convenerunt episcopos consentientes in omnibus nobis praeter Alexandrinum ²⁵ et qui cum ipso affuerunt. qui ex quo die ordinatus sum episcopus inplacabiles adversum me inimicitias vehementer exercet nulla existente causa: qui numquam me suis litteris dignum iudicavit neque eam quae secundum dominum nostrum caritas praedicatur erga me habuit, me ei in omnibus obtemperante nunc usque ad ³⁰ hanc diem. qui nobis repente secunda feria, hoc est VIII. id. Aug., non ex communi consensu vel tractatu praecedente, convocat quidem concilium diluculo: ammoneri quoque me facit. deinde cum sedissemus in ecclesia, legi quidem pium rescriptum praecepit religiosissimorum imperatorum. universis autem ³⁵ episcopis interfatis post lectionem prius de pia fide haberi debere tractatum proponique et legi trecentorum decem et octo fidem et ea quae aput Ephesum iam dudum habita est, ipse memoratus venerabilis episcopus Dioscorus hoc quidem fieri prohibuit: praeci- piens autem mihi et his qui una mecum iudicaverunt ⁴⁰ episcopis et meis pariter clericis nihil penitus audire permitti,

1 const. 5 oportuit] oportunae — me dignanter] mediocriter; *Aenderung unsicher*. 7 horientem — ferre. 11 contigit] conculta. 12 eorum] et eorum. 15 episcoporum] *epi*. 23 *man erwartet* Ephesinorum. 26 quo] *Amelli*: co. 29 eam] ea. 30 nunc usque] *vielleicht* hucusque. 31 nobis, *wenn richtig, mit repente zu verbinden*. 33 ammoneri] oder acciri: ammaiori. 35 praecepit die *Handschrift*, aber t *getilgt*. 36 prius] portereprius.

de nullo defensionis vocem emittere, interminatus etiam quibusdam depositionem, quibusdam carceris habitationem, aliis varia atque diversa supplicia, dat facultatem mox de his gestis, 45 quae ab Eutychete olim confecta sunt, nobis praesentibus recenseri . et post hoc praecepit dare praedictum Eutychem libellos adversum me . quibus lectis nullius me penitus dignum habitum rationis vel interrogationis iudicavit, sed continuo exurgens pronuntiavit illum quidem catholicum esse, reddens 50 ei etiam presbyterium. compellit quoque invitos aliquos episcopos statim hoc ipsum pronuntiare et his uti sermonibus apud sanctam synodum: ‘bene credit Eutyches’. ‘Eutyches catholicus est’. ‘credimus sic ut credit Eutyches’. ‘teneamus, o fratres, Eutychetis fidem’ et ‘qui hoc non consenserit, anathema sit’ et ‘qui non dixerit duas naturas ante unionem 55 Christi, unam autem post unionem, anathema sit’ et ‘qui aliud quam de homousion novit habuisse dominum carnem vel scrutans vel dicens, anathema [sit]’. et his dictis interloquitur ipse sic ut voluit: compellit autem quosdam, ut dixi, lacrimantes eadem facere . post paulum vero permisit legi canones 60 qui habiti sunt ante hoc Ephesi: quibus hoc continetur, ut, si qui concutere quae ibi sunt statuta temptaverit patrum, si quidem episcopus fuerit, eum oportere deponi et reliqua, et super Eutychem hanc talem sententiam praevalere, qui ita 65 palam aperteque Apollinaris dogma introducendum putavit . et quidem hoc non fecit, sed pronuntiat meam et Eusebi damnationem, omnibus lacrimantibus . episcopis dilationem vel unius diei postulantis non tribuit, et haec interlocutus cogit quosdam reliquos episcopos abominandae consentire damnationi, 70 evaginati gladiis adversum eos qui hoc putabant esse differendum . ubi neque litteras sanctitatis vestrae, cum sufficiat ad confirmationem patrum fidei, legi permittit, sed illa, quae possunt etiam ipsis immitibus et ferocibus et caecis viam veritatis ostendere, inrationabilia et caecitate plena [pronuntians, 75 alia erroris plena] suscipi ac legi praecipiens ne sermone quidem ullo dignos habuit qui a vobis sunt destinati . sed impetu quodam solo abutente illo convenerunt repente in unum diem, ut ita dicam, omnia mala: perturbatio, restitutio damnati, damnatio innocentis, qui in nullo sanctionem 80 patrum credidi praetergrediendam . et cum velut ex conducto quodam omnia adversum me iniqua procederent, post illam iniustam vocem, quam contra me emisit, sicut ipsi placuit, me

45 eutychin. 46 recenseri] *vielleicht* recitari. 52 eutyches eutyches] eutyches. 57 homousion] *Amelli*: homusion. 57 novit] nobis. 60 permisit] *Amelli*: promisit. 61 hoc] *Amelli*: hac. 64 *vor* super fehlt *vielleicht* apparebat oder ein ähnliches Wort. 64 eutychin. 65 docma. 72 fidei] *vielleicht* id fieri. 74 nach plena ist ausgefallen, was ich dem Sinn nach ergänzt habe. 76 sed] *vielleicht* sic.

appellante thronum apostolicae sedis principis apostolorum Petri et uiversam beatam, quae sub vestra sanctitate est, synodum statim me circumvallat multitudo militaris et volente me ad 85 sanctum altare confugere non concessit, sed nitebatur de ecclesia eruere. tunc tumultu plurimo facto vix potui ad quendam locum ecclesiae confugere et ibi cum his, qui mecum erant, latere, non tamen sine custodia, ne valeam universa mala quae erga me commissa sunt ad vos referre. 90

Oro itaque vestram sanctitatem, ne obdormire patiamini super his, quae insipienti et furioso consilio circa me gesta sunt, cum nullae praecedant causae, quae me in reatum aliquem adducant, sed insurgere primum quidem in causa rectae fidei nostrae, quae quadam libidine deperiit: deinde propter 95 eversionem ecclesiasticarum constitutionum curam facere et simpliciter per omnia narrare tam plebi quae numero praecellit quam amatorem Christi imperatorem nostrum litteris quae competunt edocere: scribere etiam clero sanctae Constantinopolitanae ecclesiae et religiosissimis monachis nec non et Iuvenali 100 Hierosolymorum episcopo et Thalassio Caesariae Cappadociae episcopo, Stephano quoque Ephesiensi et Eusebio Ancyritano et Cyro Afrodisiensi et reliquis sanctis episcopis, qui consensum super pravo consilio adversum me praebuerunt Dioscoro, qui velut principatum sanctae synodi apud Ephesum tenuit: 105 dare etiam formam, quam deus vestrae menti inspirabit, ut tam Occidentali quam etiam Orientali in unum facta patrum synodo similis ubique praedicetur fides, ut praevalcant sanctiones patrum, in irritum vero deduci valeant atque dissolvi omnia quae male et umbrative non sine lusu quodam modo gesta 110 sunt: afferre medicinam horribili huic vulneri, quod per totum iam paene orbem serpendo pervenit. qui autem subscripserunt et consenserunt iniustae sententiae magna vi coacti, paucissimi sunt: qui vero non consenserunt huic iniquitati, multo plures sunt episcopi, sicut etiam lectio sanctae ad beatitudinem vestram 115 relationis poterit perdocere.

Explicit libellus appellationis Flaviani episcopi Constantinopolitani.

II.

Incipit libellus appellationis ad Leonem papam Eusebi Dorylaeo accusantis Eutychen archimandriten.

Sancto et beatissimo patri et archiepiscopo Leoni Eusebius exiguus.

Curavit desuper et ab exordio consuevit thronus apostoli-

83 principes. 84 uestram sanctitatem. 85 uolentem. 87 plurimomo. 100 non et] *Amelli*: monet. 109 anquiritano — cyro] *Amelli*: cy. 105 qui velut] vel qui ut. 106 inspirauit. 108 fidis. 110 umbrative] umbratiut. 111 afferre. 112 orbe. 115 lectiones. 116 relationes. 117 constanp̄ II, 2 dorsleorum accusatoris eutychen archimandrite. 5 curavit] qui fui

cus iniqua perferentes defensare et eos qui in inevitabiles
 factiones inciderunt adiuvare et humi iacentes erigere, secun-
 dum possibilitatem quam habetis: compassionem enim supra
 universos homines possidetis. causa autem rei, quod sensum
 10 rectum tenetis et inconcussam servatis erga dominum nostrum
 Iesum Christum fidem, nec non etiam indissimulatam universis
 fratribus et omnibus in nomine Christi vocatis tribuitis cari-
 tatem. quam ob rem ego inevitabilibus inretitus ad solum post
 domini relictum auxilium afflictus et in extremis laborans con-
 15 fugio, solutionem malorum meorum in quibus incidi repperire
 desiderans. quod quidem sic est.

Ante paucos menses Eutychem presbyterum et archi-
 mandriten in Constantinopolitana civitate monasterium habentem
 repperi avertentem plurimos fratres spiritales a fide ortho-
 20 doxorum et contraria ecclesiasticae dogmati sentientem. maxi-
 mum iudicavi mihi imminere discrimen, si tantam et talem
 pravitatem dissimularem tacendo. per libellos ordinatos meo
 nomine adii religiosissimum Flavianum tunc Constantinopoli-
 tanæ civitatis episcopum et eos qui tunc ibidem reperti sunt
 25 religiosissimi episcopi, accusans Eutychem quod abdicasset in-
 stitutionem et doctrinas sanctorum patrum, et quaerens temp-
 tare universos simul qui incaute erraverunt a recta fide,
 et praeter canones tradens doctrinas. rogavi adesse ipsum
 ad religiosorum consessum et satisfacere de his quae illi obiecta
 30 sunt a me. qui Eutyches vir occurrit ad consessum et propria
 voce quid sentiret exposuit. quod quidem repperientes reli-
 giosi episcopi alienum ab ecclesiastica traditione damnave-
 runt eum, auferentes presbyterium et monasterii principatum.
 quod quidem opinor vestram sanctitatem non latere, et hoc ex
 35 his cognovi, quae vestra sanctitas ad religiosissimum Flavianum
 scribere dignata est. sed his circa Eutychem observatis contigit
 repente secundum praeceptum religiosissimorum imperatorum
 nostrorum, sicut et vestra beatitudo cognovit, synodum debere
 congregari in Ephesiorum metropolim. quo, post adventum
 40 religiosissimorum episcoporum ad praedictam civitatem et horum,
 qui a vestra sanctitate destinati sunt religiosissimi viri in loco
 vestro, et ego affui pariter propter ibidem adventum praedicti
 viri Eutycheis. synodo itaque facta in sancta ecclesia religio-

6 in inevitabiles] inabitabiles. 8 habetis] *Amelli*: habentes. 9 possi-
 dentes in der Handschrift geändert in possidetis. 10 servatis] scrutatis.
 13 nach caritatem setzt *Amelli* ein, als stünde es in der Handschrift: en
 luculentissimum locum pro Romani pontificis infallibilitate — ineitalibus
 inrititus. 18 habente; vielleicht fehlt danach ut oder eine ähnliche Par-
 tikel. 19 a] *Amelli*: fehlt. 20 docmati. 22 dissimularem] *Amelli*:
 dissimulantem. 26 quaerentem universos simul quod incaute; die Aen-
 derung ist wenig sicher. 28 adesse] ad se. 29 consessum] *Amelli*: con-
 sensum. 30 eutyches vielleicht zu tilgen, — consessum] *Amelli*: consensum
 — propria] *Amelli*: propriam. 39 quo] quod. 42 vestro] vestro fuerunt.
 43 eutyches.

sorum episcoporum praedictus Eutyches libellos obtulit ad-
 versum religiosissimum Flavianum accusans quae illi placuerunt . 45
 Flavianus autem religiosissimus postulavit me intromitti debere.
 quod ubi intellectum est necessariam meam praesentiam esse
 causae propositae, vestra sanctitas interlocuta est non semel
 non bis non ter intrare me oportere consessum . sed religiosissi-
 mus Dioscorus Alexandrinae civitatis episcopus, universa secun- 50
 dum libidinem Eutychis agens, omnia conterens et confundens
 simul fidem, canones, conversationem ipsam, prohibuit me in-
 trare, habens satellites huius iniquitatis missos a religiosissimis
 imperatoribus propter diligentiam synodi spectabiles viros.
 qui et me custodiri fecerunt in ecclesia, in qua synodus habe- 55
 batur, multitudinem militarem habentes: qui et intus gladiis
 evaginati in synodo steterunt, interminantes mortem secundum
 nutum prudentissimi Dioscori his qui religiose sentiebant . et
 inperitam multitudinem laicorum introducens praedictus Dios-
 corus in synodo contumeliis appetere religiosissimos episcopos 60
 permisit: quibusdam et in mare prociendis religiosissimis epi-
 scopis interminatus est, si quisquam contravenire voluisset
 decretis impiissimis suis . nec solum hoc, sed et me iusso
 a vestra sede intromitti constituto ante fores cognitionis, intrare
 non permisit . considerate itaque ex his, aequissimi et iustissimi 65
 patres, ea quae contra me gesta sunt . nam qui in synodo intro-
 mitti non permissus est neque responsum dare, sed magis custo-
 diri, et prohibitum intrare quod [libet iudicat, non] orthodoxum,
 Nestorium, non recte docentem ecclesias: quem custodientem
 fidem trecentorum decem et octo patrum, quem sequentem vesti- 70
 gia sanctae et universae synodus, quae facta est nuper in Ephe-
 sena civitate, et omnibus praeceptis sanctae recordationis Cyrilli
 episcopi optemperantem, quem in nulla re notatum a vestra sanc-
 titate, causa propositae quaestionis a me adversum Eutychen
 damnatum obiecit tumultui et transfuga me in sanctam ecclesiam 75
 constituto fecit includi in loco abstruso et obscuro, praecipiens
 per militarem multitudinem custodiri me et neminem ad me
 umquam mitti debere in solacium religiosorum virorum qui pas-
 sionem meam consolari voluerunt propter futuram retributio-
 nem. quoniam igitur dura et iniqua praeter divinos canones 80
 pertuli a Dioscoro et ab aliis religiosis episcopis, qui timore et
 necessitate compulsi voluntati eius optemperaverunt et in con-
 demnatione mea consenserunt (sicut sciunt qui a vestra sanc-
 titate missi sunt in loco vestrae beatitudinis religiosissimi viri,
 quibus et libellos optuli appellationis meae, in quibus vestrae 85
 sedis cognitionem poposci), deprecor vestram beatitudinem et

44 eutyches] *Amelli*: eutychin. 49 consessum] *Amelli*: consensum.
 51 eutyches. 55 in qua] *Amelli*: iniqua. 59 inperitam] *Amelli*: inperita.
 63 iussu] iussu. 68 *die Lücke evident, die Ergänzung unsicher.* 75 trans-
 fugam me. 76 obstruso. 78 in fehlt. 79 voluerint geändert in
 voluerunt. 80 propter wie es scheint geändert in preter.

genua vestra tangens, si non manu, et tamen linguae perfungor officio: pronuntiate evacuari et inanem fieri meam iniquam condemnationem a religiosissimo episcopo Dioscoro et eorum
 90 decretum, qui inviti consenserunt eius voluntati, reddentes mihi dignitatem episcopatus et vestram communionem litteris vestris ad meam exiguitatem datis, quibus et dignitatem repraesentetis et communionem. quibus impetratis gratias agam domino nostro rectori et salvatori Christo pro vobis, religiosissimi patres.
 95 Et alia manu. Eusebius exiguus ordinatus episcopus Dorylaeo misi libellos per religiosissimum presbyterum Chrysippum et Constantinum diaconum, subscribens manu mea.

III.

Incipit praeceptum papae Felicis.

Praeceptum papae Felicis morientis, per quod sibi Bonifatium archidiaconum suum post se substituere cupiebat.

Dilectissimis fratribus et filiis episcopis presbyteris diaconis vel cuncto clero, senatui et populo Felix episcopus.

De quiete vestra et pace cogitans ecclesiae (quae plurimis debitis tenetur obnoxia, quia omnes clericis et pauperibus sollemnes erogationes implevi et octavae praeteritae indictionis vel paene nudas pro temporis qualitate pensiones accepi) ideo
 10 que ista considerans, deum quibus possum precibus exorando, hoc mihi in ipso fateor adspirante conpunctum, ut, si me deus pro voluntate sua de hac luce, sicut habet humana condicio, transire praeceperit, ut Bonifatius archidiaconus, qui ab in-
 eunte aetate sua in nostra militavit ecclesia, episcopatus honore
 15 suscepto in qua proceditis Romanam deo adiuvante gubernet ecclesiam. cui etiam praesentibus presbyteris et diaconis et senatoribus atque patriciis filiis meis, quos interesse contigit, pallium tradidi, mihi tamen, si hac fuero luce, reddendum. et
 quamvis pro dei timore et Christiani devotione credam meum
 20 vos sequi et servare posse sine aliqua dubitatione iudicium, tamen, ne quis pravis persuasionibus et ambitione hoc agat, ut per vos ecclesiae matris, dissensiones et studia faciendo, membra discerpat: noverit qui ista fecerit vel facienti consenserit,

87 perfungor] *Amelli*: profungor. 88 iniquam] *Amelli*: inquam. 89 a] *Amelli*: e 93 imperatis. 96 dorileo. — crisypum. III, 2 bonifacium und so meist nachher. 3 post se substituere] *Amelli*: poste subsistuer. 4 pbris diac: et praesbiteris diaconis *Amelli*. 6 quiaete geändert in quiete — cogitantes — aecclesiae und so nachher. 9 nudas] nullas *Amelli*. 11 in ipso fateor adspirante conpunctum] ipso f. a. com-
 pertum *Amelli*; vielleicht in ipso fateor speranti complacitum, so dass in dieser Wendung die Hinweisung auf besonderen göttlichen Beistand und damit eine Andeutung der bedenklichen Sachlage enthalten wäre. 12 lucas — conditio 14 in nostram mil. aecclesiam. 17 contigit] *Amelli*: con-
 tingit. 18 hinter luce fehlt vielleicht relictus. 19 christianis: christiana *Amelli*. 20 vos sequi] *Amelli*: nosse qui — posse] post me *Amelli*. 22 dissensiones *Amelli*.

nec ecclesiae se esse filium et a dominici corporis esse communione suspensum. quam ordinationem meam ne quis sibi incognitam diceret, in omnium volo propter futurum dei nostri iudicium pervenire notitiam, qui et hanc voluntatem meam et domnis et filiis nostris regnantibus indicavi. quam etiam recognovi.

et manu Felicis papae:

30

Recognovi.

Hoc per omnes propositum est titulos Romanos iubente papa bonae memoriae Felice.

Atque senatus talia proposuit.

Senatus amplissimus presbyteris, diaconis et universo clero. 35

In sanctitatis vestrae notitiam duximus perferendum senatum amplissimum decrevisse, ut, quicumque vivo papa de alterius ordinatione tractaverit vel quicquam acceperit tractantique consenserit, facultatis suae medietate multetur fisci viribus applicanda. is vero qui tam inprobum ambitum fuerit habuisse convictus, bonis omnibus amissis in exilio se noverit esse pellendum. atque ideo his agnitis ab omni inhibito studio vos convenit amoveri.

Explicit contestatio senatus.

Incipit libellus, quem dederunt presbyteri LX post mortem Dioscori Bonifatio papae. 45

Non est dubium, beatissime papa, quod a primo homine peccet humanitas. hinc est quod excessum correctione praevenire desiderans, ne obstinatum mors secunda detineat, errorem meum hac cupio satisfactione corrigere. ob quam rem anathematizans Dioscorum persuasorem, qui contra constitutum decessoris vestri beatae recordationis papae Felicis ad episcopatum Romanae adspiravit ecclesiae, promittens me sub divini testificatione iudicii numquam similia temptaturum. quod si aliquando similia temptavero in ea causa, in qua veniam ab apostolatu vestro merui, tunc ecclesiasticae subiaceam ultioni. quam libelli mei seriem Redempto notario ecclesiae Romanae scribendam dictavi, cuique propria manu subscripsi et beatitudini vestrae, Bonifati papa venerabilis, et sub praesentia sacerdotum optuli sub die VI. kl. Ian. FFLI. Lampadio et Oreste v̄v. cc. consulibus. 50 55 60

26 futurum] *Amelli*: futuram. 27 quia et — hanc] *Amelli*: hinc.
33 papa *b̄m* felicem. 35 pr. et diac. *Amelli*. 38 *man erwartet* acceperit a tractante tractantique. 39 medietatem mult. f. v. applicandam his. 40 ambitum] *Amelli*: ambitum. — hab. fuer. *Amelli*.
50 hac] *Amelli*: haec. 53 promittens me s. d. t. i. n. m. s. temptaturum *Amelli*. 56 *epostulatu*. 57 quam] *Amelli*: quando. 58 beatitudine in beatitudini *geändert* — bonifacii.